

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ecclesia g  
cum fonte primo

Est, inquit, in Arturo quod consideracius possumus intueri.  
In septem quidem stellis uoluitur  
et modo quidem tres ad summa eleuat  
atque ad ima quattuor inclinat,  
modo quattuor superius erigit et tres inferius premit.  
Sic sancta ecclesia cum modo infidelibus trinitatis noticiam,  
modo uero fidelibus quattuor uirtutes,  
  
quasi rotatu predicacionis status sui speciem quodammodo inmutat.

Gregorius XXIX. moralium super illud Iob: Aut gyrum Arturi.

Est in Arcturo quod consideratius possumus intueri.  
In septem quippe stellis uoluitur  
et modo quidem tres ad summa eleuat,  
atque ad ima quattuor inclinat,  
modo quattuor superius erigit, et tres inferius premit.  
Sancta quoque Ecclesia cum modo infidelibus Trinitatis notitiam,  
modo autem fidelibus uirtutes quattuor,  
id est prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iustitiam praedicat,  
quasi rotatu praedicationis status sui speciem quodammodo immutat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 29.31 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1484, ll.101-108).